Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



PUTAS NE MORTUUS HOMO RURSUM UIUAT CUNCTIS DIEBUS QUIBUS
nunc militio expecto donec ueniat immu tatio me a: v. Ecce in
puluere sedeo et in puluere dormio et si mane me quesieris non subsistam. Cunctis.

Tedet animam meam uitae meae. Lectio libri Iob.
dimittam aduersum me eloquium meum.
Loquar in amaritudine animae meae. dicam
do: noli me condempnare. Indica michi cur
me ita iudices. Numquid bonum tibi uidetur.
si calumnieris et opprimas me. opus manuum
tuarum. et consilium impiorum adiuues.
Numquid oculi carnei tibi sunt. aut sicut
uidet homo. et tu uidebis. Numquid sicut
dies hominis dies tui. et anni tui sicut humana
sunt tempora. ut quaeras iniquitatem meam
et peccatum meum seruteris. et scias quia nihil
impium fecerim. cum sit nemo qui de manu
tua possit eruere.